

Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes Solidi Seite 85 (Schilling))], About 1470-72

et quibus non respondeamus nos indignos. calidus tamen rubor ora profundit. attamen ad laudem suam anima intrinsecus letatur. **C**ave igitur ne aut linguam. aut aures prouidentes habearis. nemo invito auditori libenter offert. discat detractor dum te videt. non libenter audire. non facile detrahere. **O**fficium tuum est visitare languentes ac liberos eorum et nobilium virorum custodire secreta. **O**fficium tuum sit non solum oculos castos habere. sed et linguam seruari et cor mundum tenere ut possis dominum videre. **S**ermo presbyteri scripturarum lectione sit conditus. nunquam petentes raro accipiamus rogati. beatus est magis dare quam accipere. **O**mnium petenti te tribue. **N**unquam de mulierum formis disputes neque agatur in domo alia. femine que nomen tuum noverint vultum nesciant. hospicium mulierum pedes tui. aut raro aut nunquam tangant. omnes puellas et virgines christi aut equaliter ignora aut equaliter dilige. tucius vero est ignorare quam diligere. ne sub eodem tecto maneat solus cum sola secrete et absque arbitro vel teste non sedeat. **S**i propter officium clericatus aut virgo a vidua visitatur nunquam solus intro eas. talesque habeto socios quorum contubernio non infamatis. ne in preterita castitate confidas. **N**ec salomone potes esse sapientior. **N**ec sampsonem fortior.